

PRAEFATIO.

turalis nomine insignire moris est, restauravit, suoque reddidit nitore, certatim quotquot ingenio atque doctrina floruerunt, eam sibi tractandam colendamque sumpserunt. Taedium hinc sensim ipsos quoque iuvenes subiit, legendi aut audiendi ieiunas de summo bono, & virtutibus, quibus Aristoteles, vir cetera suo merito maximopere suspiciendus, suos imbutos voluit, formisque rerumpublicarum, commentationes, quibus augustissima artium liberalium sacra persona bant, quibusque moralis pariter ac ciuilibus doctrinae ambitus circumscribebatur. Quod quidem tanto magis auctum est, quanto insigniores ad hanc moralis doctrinae partem, doctissimorum virorum ope fiebant accessiones, quibus effectum, vt siue quis prolixis & amplis dissertationibus, siue libellis summam rei exhibentibus delectetur, assatim scriptorum reperiat, quibus suam explere cupiditatem, discendique satisfacere desiderio possit. Interim omnibus ita iurisprudentiae naturali operantibus, ceterae practicae philosophiae partes, tum ea quae de summa hominis felicitate, mentisque, morbis & vitiis, medelaque illis adhibenda exponit, tum etiam quae ciuilem homines erudit prudentiam, fere negligebantur, certe non adeo diligenter excolebantur, plerisque ita existimantibus, iurisprudentiae naturalis ambitu omne illud quod in practica philosophiae parte scitu dignum aut necessarium est, con-

)* (5

tineri.